



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

XXVII. De præbendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

tatem moret, propter iuris communis regulam; quia contra Ecclesiastum non currit prescriptio minor quadrangularis, cap. 4. c. 6. & c. 8. Ext. De prescript. cuius reatu conformis est in d. cap. Accedentibus. Unde mirum est, cur d. c. Si de terra, minorum admirarit, videlicet triginta annorum. Sed putat Panorm. ad. cap. Accedentibus, hoc capitulo tamquam posterius corrigere d. cap. Si de terra, & pro hac sua sententia citat Glos ibidem communiter receptam. Ceterum, ut correctio iurium quoad scripsi potest, evitetur, cap. Cum expediat 29. in princ. De elect. lib. 6. l. unicas. C. De inoffic. doctib. melius est, ut separaremus speciem d. cap. Si de terra à specie d. cap. Accedentibus, Si quidem in illo agitur de prescriptione parochialis Ecclesia, nō quam alias de jure pertinent decima, contram monasterium: ac preinde cum

hac prescriptio favorabilis sit, et quod res faciliter ad suam naturalem redat, l. Si unus 27. 6. pactus vers. quod si non D. D. pact. c. Venerabilis 21. Ext. De censu ideò in hac prescript. minus tempus suffici. Quod securius accidit in d. cap. Accedentibus, ubi alii inter se certant de decimis. Et hujus sententia videtur esse Henricus Boich ad d. cap. Si de terra, & Covarr. in cap. Possessor malæ fidei in initio 2. partis num. 9. De reg. jur. in 6. Quod sit, ut utramque prescriptionem in textu nostro reliquerimus. Nec enim verisimile est, huc duo capita sup. eodem titulo contenta, eodemque tempore & collectore Decretalium edita, sibi in vicem derogare, contra praeceptum lib. Decretalium, ubi superfusia practicaduntur.

## DE PRÆBENDIS.

## TITULUS XXVII.

## §. 1. Prabenda quid sit.

**P**rabenda nihil aliud est, quam beneficium Ecclesiasticum, can. Si quis dator, can. Ex multis. constitutus l. q. 3. sive ius percipiendi proventus Ecclesiæ ratione ministerii Ecclesiastici.

## §. 2. Divisio prabendarum sive beneficiorum.

Prabendarum sive beneficiorum Ecclesiasticorum quædam curata sunt, quædam non curata. Curata dicuntur, quæ animatum curam annexâ habent: idque duplice ratione; vel quia beneficium certis personis, pura, parochia sua, Sacra menta Ecclesiastica administratur, & verbum Dei denuntiatur, cap. 2. §. varum De seculi. iu. Clement. vel qui exercet ea, quæ sunt iurisdictionis spirituallis; veluti sunt, visitare, inquirere, suspendere, excommunicare, absolvere, cap. Excerabilis §. fin. De prabend in Extravag. commun. Nam & hæc animarum curam concernunt, vide laicus Conc. Trident. fess. 21. cap. 1. de reform. & Panorm. ad cap. De multan. 20. cum seqq. ubi hec explicatur.

## §. 3. Altera divisio.

Rursus beneficiorum Ecclesiasticorum alia ad junctam habent dignitatem, alia personatum, alia praesolicitum, alia administrationem, alia officium; alia nihil horum habent, c. i. De consuetud. id. lib. 6. & ibi Dd. vide Panorm. ad. c. De multan. 20. cum seqq. ubi hec explicatur.

## §. 4. De clero ab absque beneficio non ordinando.

Prudenter vero à sacris Canonibus sanctum est; ne quis in Clericorum numerum cooptetur, nisi cum beneficii titulo; idque adeo olim obtinuerat, quod etiam Ordines Ecclesiastici absque titulo suscepit, iritti & inanes haberentur, in ordinum ordinandum, cap. Cum secundum 16. Ext. hoc sit. Quo jure hodie non utimur, sed Episcopus à se ordinato sine titulo, vel ipsius successor, tandem alimenta subministrat, donec is beneficium Ecclesiasticum consequatur, c. 2. & d. cap. Cum secundum, add. cap. si Episcopus 37. eod. in 6. ubi quid juri si quis ab alieno Episcopo sine titulo ordinetur.

## §. 5. Decretum Concilii Tridentini:

Quam in rem extat & Concilii Tridentini decreatum: statuit, inquit, sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis alias si idoneus moribus, scientiâ & arte, ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi adveniat. Etum honestè sufficiat, pacificè possidere. Id vero beneficium resignare non possit, nisi factâ mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promovetus; neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod alius vivere commode possit, & alites facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero vel pensionem obtinentes, ordinari post haec non possunt, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assu mendos.

mendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum; eo quoque prius perspecto, patrimonium illud vel penitentem verè ab iis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satiantur, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari aut extingui vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint ad peccata, vel aliunde habeant, unde vivere possint; antiquorum Canonum penas super his in-

novando, test est Conc. Trid. sess. 21, c. 2, de reformati.

§. 6. De modis acquirendi beneficium Ecclesiasticum.

Adquiritus præbenda sive beneficium Ecclesiasticum, vel per concessiōnem, vel per institutionem. De quibus hic ex ordine differemus. Nam de electione & postulatione suprà egimus, tit. 11, §. 12, lib. 1.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ SIVE BENEFICII ECCLESIASTICI.

T I T U L U S XXVIII.

§. 1. Præbenda à quibus concedantur.

**P**ræbenda sive beneficium Ecclesiasticum conferatur, aut ab Episcopo, aut à Capitulo, aut à S. Pontifice, aut à Legato Sedis Apostolicæ.

§. 2. Episcopus quo jure beneficium conferat, item Capitulum.

Ab Episcopo ideo recte conferatur, quod est ex prescripto sacerorum Canonum, Ecclesiarum omnium iux diæcessis curam gerat, can. Omnes Basiliæ cum cap. seq. xvi q. 7, can. Decretum, cum 3, seqq. x. q. 1, cap. Cum ex injunctio in fine Ext. De haret. Utramen in conferendo beneficium, Episcopus & Capituli sui (cum quo unum corpus constituit) consilium adhibeat, cap. Novit. 4, cum c. seq. Ext. De his que sunt à prelat, nisi forte coasuetudine, vel statuto Ecclesiæ alteri receptum esset, ut vel solus Episcopus, vel solum Capitulum beneficium conferat; quod merito retinendum est, cap. Cum Ecclesia 31, Ext. De elect. cap. Eansetur Ext. De his que sunt à pral. c. unico § fin. Ne sede vacante in iuncto cap. fin. Ext. De consuet.

§. 3. Beneficia antequam videntur, non sunt conferenda.

Priusquam vero videntur beneficium Ecclesiasticum, alteri conferendum vel etiam addicendum non est, ne votum captandæ mortis alterius inducatur, c. 2, Ext. De concess. præbenda; adeoque collatio vel additio hujusmodi ipso jure nulla est, c. 2, §. c. 13, eod. Concil. Trid. sess. 24, c. 19, de reform. Neque interest, generaliter vel specialiter beneficii nondum vacantis promissio quibuscumque verbis facta sit, cap. 2, eod. lib. 6.

§. 4. Vacantia beneficia quando conferenda.

Ubique autem vacantia beneficia vel officia Ecclesie,

hæstica, conferenda sunt inter sex menses; alioquin his elapsis, ab Episcopo, si ad eum spectat, collatio devolvitur ad Capitulum; & è diverso à Capitulo ad Episcopum: his autem negligentibus, ad Metropolitanum, d. cap. 2, Ext. eod. ibi latius: & post hunc ad Patriarcham, cui Metropolitanus subest; quem si non habet, ad S. Pontificem collatio defertur, cap. 3, Ext. De supplenda neglig. pral. adde Panormit. ad N. c. 2, n. 7, Ext. eod.

§. 5. Vbi non est certus numerus beneficiorum, nulla vacatio datur.

Quæ certè obtinet in beneficiis ejusdemque generis: exceptis Episcopaliis & Regularibus prælatiis quatum electioni trium mensium spatium praeficitum est à jure, cap. Ne pro defectu 43 Ext. De elect. cap. Dilectus 12, Ext. De concess. præbenda supra iiii. de elect. Item Ecclesiæ, quæ certum beneficiorum numerum constitutum non habent, ac proinde in iis numquam censemur vacare beneficium, cap. Ex parte 10, Ext. hoc nostro tit.

§. 6. Tempus sex mensium unde incipiat currere.

Tempus vero sex mensium non à tempore vacacionis beneficii, sed notitia comparandum est, neque legitimè impeditis currit, cap. Quia diversitatem 5, Ext. h. tit. d. cap. 3.

§. 7. Sede vacante non succedit Capitulum in collationem beneficiorum.

Cui consequens est, ut neque Sede Episcopali vacante succedat Capitulum in collationem beneficiorum ad Episcopum spectantium, cum hic nulla argui possit negligentia Episcopi; ac proinde cessat hoc casu devolutio beneficii vacantis ad Capitulum, cap. 2, Ext. Ne sede vacante.

Q99

§. 8. De